

6244 arca magna Mediolani in vestibulo S. Victoris ALC. Operculum dimotum erat suo loco atque inde alio ablatum arca ibidem relecta CICER.

a latere:

stella
LVCIFER
caput radiatum
ET SOLE

in operculo:

D BONAE MEMORIAE ET DOMI MARTINIAN EX P M

a latere:

stella
ANTIFER
ω Χ A
luna dimidia
ET LVNA PERIMA

in ipsa arca:

ROTECTORIBVS ITERNAM SEQVRITA
TEM GERMEN DACISQVS IVSTVS
5 PIENTISIMVS BENE MERETVS IN SE
QLVM ANVS MILITAVIT XLV
ET VIVET ANVS N LX ET SPERO ME
VIVERE ADVC ANVS N LXXXVIII
MESES SEX DES III ET INDE III ARCAE HIC SI CIS
10 REMOVERE VOLOERET AVT APERIRE AVT VELET ALIVM QVRPV DAVIT IN FESCV AVRI P I

a dextro latere:
V E R T V T E M
ET GELORIAM
FELICE MARTI
NIANO EREDE
S FACOLETATVM
VIVOSOSIBI FECET HOC

Totam inscriptionem descripsit Alciatus Dresd. l. 1 f. 38, a quo pendent Merula 1538 p. 51; Smetius 143, 3. 4 a Pighio; Grut. 1056, 1. 2 a Pighio, qui vidisse dicitur errore, et Alciato; Borsierius cod. Paris. 8957 f. 20 'ex Alciato'; Boldonius epigraph. p. 349 (inde Reines. 20, 446) per Puccinellum ex Alciato; Mur. 1909, 5 qui dare se scribit ex Cicerei schedis, sed est exemplum Alciatum; Allegranza sep. chr. p. 38. Praeterea quae in arca legebantur ex ipso lapide affert Cicereius in coll. ms. Alciatum emendans.

Operculo et arcae inscripta non separat Alciatus; Cicereius illud non vidit, vidit arcam addens a dextro latere ita eam scriptam esse, ut 'superne non desit', sinistrum latus vacare. — Versuum divisionem totam retinet Cicereius, id quod ipse testatur, usque ad anticae v. 7, lateris v. 4 etiam Alciatus. — 2 hic latet *aeterna domus*. — 4 CERMENT DACISQVIS Alc.; est opinor *germen*, id est natione, *Daciscus* (cf. vol. III n. 5218). — 5 PIENTISSIMVS, 7 ANN N LX, 8 LXXXVIII, 9 MESES VI DIES, 10 VOSQUERET (pro VOLOERET) et VELLET Alc. — Post QVRPV ins. INV... Grut. — INFESCVAVRIP: Alc., IN RESCVAVRERI (IN RESCVAVRERE exemplum alterum) Cic. — In latere 5 FACOLETATEM Alc. — 6 VIVOSOSIBI Cic., VIVOS SIBI Alc.

6245 Mediolani in porticu S. Ambrosii.

v / / /
T A VOTVM PATRIS
MARTINVS FECIT CON
ANN XL DIES XXX

Descripsi. Mazzuchelli n. 49.

6246 Mediolani in porticu S. Ambrosii.

IVL HOC TITVLUM MARTIRIA VI
RO SVO MARTINIANO CONTRA
VOTVM FAECIT

Descripsi. Mazzuchelli n. 38.

6247 Mediolani in S. Valeriae CASTIGL. Nunc est in Brera.

S D XXIII
sic K L DEC BM
VENANTIO VV CC p. C. 484? 507?
HIC REQVIESCIT IN
5 PACE MAXSIMIA
NVS QVI VIISET A XX

Descripsi. Habent item schedae Castiglioniae.

6248 litteris bonis. Mediolani in porticu S. Ambrosii.

M E G E T I A
STO · VIVAS · SAB
A · ET · CRES

Descripsi. Mazzuchelli n. 40.

6249 Mediolani in ianua Ambrosianae aedis monachos versus ALCIATUS VALERII. Ad laevam portae orientalis S. Ambrosii ALLEGRI. Denuo reperta a. 1865 extat hodie in porticu S. Ambrosii.

M M
MINICIE RVF
INE · INNOCENTI
SSIME · FEMINE · QVE VI
5 XIT · ANNIS · XXVII · MES
E · VNO · DIES · XXIII · MINI
CIA · DOMITIA SO
RORI · POSVIT
MESAM COTR
10 A VOTVM

Descripsi. Habet Alciatus apud Cholerum f. 39 et Dresd. l. 1 f. 18/21. Inde Apian. 50, 1; Smetius 172, 9 ex Ap.; Grut. 850, 6 ex Ap. et Alc.; Borsieri cod. Par. 8957 f. 85 'ex Cotta'; Orell. 4460. Emendavit ex lapide Cicereius ad Alciatum. Denuo ex lapide Allegranza in add. ms., item Caffi in eph. la Lombardia 1865 n. 86.

6250 'Nazarii.... cum inventum esset cadaver divus Ambrosius sepulcro intulit, quod Stiliconis uxor Serena... Libyco marmore conspicuum reddidit hoc adiecto perquam eruditio epigrammate' ALCIATUS. 'Fuit olim tumulus hic in ipsius S. Nazarii aede conspicuus; at nunc nusquam appetit' CICEREIUS ad Alciatum.

QVA SINVATA CAVO CONSVRGVNT TECTA REGRESSV
SACRATAEQ CRVCIS FLECTITVR ORBE CAPVT
NAZARIVS VITAE IMMACVLABILIS INTEGER ARTVS
CONDITVR EXVLTAT HVNC TVMVLI ESSE LOCVM
5 QVEM PIVS AMBROSIVS SIGNAVIT IMAGINE CHRISTI
MARMORIBVS LIBYCIS FIDA SERENA POLIT
CONIVGIS VT REDITV STILICONIS LAETA FRVATVR
GERMANISQ SVIS PIGNORIBVS PROPRIIS

Servavit Alciatus cod. Dresd. l. 1 f. 9. Inde pendent opinor reliqui: Tristanus Chaleus p. 61; Grut. 1056, 4 ex Alciati scripto codice; Sirmondus ad Ennodii carm. 1, 18 (ed. 1611 p. 87) auctorem tacens (ex Sirmondo Reines. 20, 185); Allegranza sep. chr. p. 40; Marini apud Maium scr. vet. 5 p. 393.

4 EXVLTANS Sirm. — Alciatus adnotat: 'Habitavit autem Stilico quandoque Mediolani domumque seu castrum Stiliconis oppidum in agro nostro condidit, quod corrupta voce Castilionum nunc dicitur. Id cum septingentis fere abhinc annis fortuito incendio consumptum fuisset, ab Anspero Albutio episcopo restitutum fuit, unde eius in epitaphio in Ambrosiana aede etiamnunc legitur: QVI DIRVTA CONDIDIT VRBIS MOENIA RESTITVIT DE STILICONE DOMVM.' Epitaphium Ansperti integrum edidit Gaud. Merula Gall. cisalp. p. 56 ed. 1538.